

30, 1858 p. 21) statuerit inde a Severo demum Alexandro nomen illud ei fuisse. Tituli Netherbienses duo (n. 963, 964) Iuliae Domnae et Caracallae positi sunt, Severo Alexandre unus (n. 965) eiusdemque temporis alter est (n. 954). Itaque fortasse Septimius Severus in memoriam Aeliorum Hadriani et Pii nomen cohorti indidit. Utrum similiiter statuendum sit de cohorte I Aelia Dacorum neene in incerto relinquo; nihil secius utriusque cohortis cognomen pro testimonio expeditionis Hadriani Britannicae habendum est, ut dixi (p. 100). Quod cohortis I Hispanorum cognomine carentis tituli Uxelloduni citra vallum Hadriani tantum reperti sunt, cognomine Aeliae ornatae recentiores ultra vallum in *Netherby*, illud etiam probat, quod alia testimonia non pauca docent, scilicet inde ab Antonino Pio demum praesidia collocata esse in regione inter utrumque vallum. Titulus sepulralis centurionis eius in *Scotia* repertus (n. 1146) huic opinioni certe non refragatur.

Ibidem in columnae prioris versu 46 numeri turbati sunt. Extant enim inter dedications Uxellodunenses eorundem praefectorum binae hae n. 378, 398 et 391, 395, ternae hae n. 374, 375, 376; 367, 388, 400; 383, 384, 385; 386, 390, 394; quaternae fortasse n. 379, 380, 381, 382.

Ad n. 367 (p. 85). In adnotatione scribe: idem homo redit infra n. 400.

Ad n. 370 (p. 86). In adnotatione ad v. 10. 11 lege *Sitifi* pro *Silifi*.

Ad n. 377 (p. 87). In fine scribe *p(atria) Roman(us)*, non *Romanensis*.

Ad n. 388 (p. 88). In fine scribe 'cf. n. 367. 400'.

Ad n. 396 (p. 88). Titulus ita potius legendus est:

*Victoriae Aug(ustorum) d(ominorum) n(ostrorum)*

Ad n. 400 (p. 89). In fine scribe 'cf. n. 367. 388'.

Ad n. 419 (p. 91). Bruce lap. n. 719.

Ad n. 420 (p. 91). Bruce lap. n. 717.

Ad n. 422 (p. 92). Bruce lap. n. 720. Sub finem adnotationis lege *consulum par* pro *consulem par*.

1344a (inserenda post n. 422, p. 92). *Gainford, found above the chancel of the church.*

LEG. VI. V

Bruce misit a. 1873, q. v.

P. 92. Quod a Sibaldo dixi Camdenum titulos accepisse, id corrigendum est ex iis, quae postea p. 184 exposui. Scilicet cum Sibbaldus post Camdenum mortuum natus sit, putanda sunt Sibbaldiana quae nobis visa sunt inter Camdeniana locum invenisse post Camdeni mortem. Sed totam quaestionem, quae est de Camdeni auctoribus, cum ad titulorum crisin faciendam fere nullius, ad studiorum epigraphicorum in Britannia historiam enucleandam alicuius sane momenti sit, me nondum ad finem perducere potuisse doctisque Britannis absolvendam relinquere libere profiteor.

Ad n. 423 (p. 92). Bruce lap. n. 707.

Ad n. 424 (p. 92). Bruce lap. n. 708.

Ad n. 425 (p. 92). Bruce lap. n. 710.

Ad n. 426 (p. 92). Bruce lap. n. 709.

1344b (inserenda post n. 426, p. 92).

*Lately dug up at Binchester.*

SVLPVIC

VETT

CANN

VSLM

Bruce lap. n. 711 ex epistola quadam sine temporis indicatione Ioh. Farreri [qui c. a. 1760 in *Wickton-le-Wear* ludi magister fuit] ad Mr. Randall, quam servat Guil. Greenwell Dunelmi. Adnotatur in ea quartum elementum primi versus et totum quartum paene evanuisse.

V. 1 probabiliter emendavit Bruce.

*Sul[e]vi[s] Vett(ius) Cann . . . v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

Ad n. 427 (p. 93). Bruce lap. n. 712.

Ad n. 430 (p. 93). Non *Vinoviae*, sed in *Pierse Bridge* repartam esse affirmat Bruce lap. n. 718.

Ad n. 431 (p. 93). In titulo Graeco Iota in Φλασιος nomine et Sigma finale in *TITIANO* nomine, quae desunt, cum in versibus secundo et tertio extremis nulla reliquerint vestigia, putanda sunt excidisse initio versuum tertii et quarti; ubi reponas IOC et CXIA.

Ad n. 432 (p. 94). Bruce lap. n. 683.

Ad n. 433 (p. 94). Bruce lap. n. 681. In adnotatione numeri turbati sunt; lege n. 432. 445. 446.

Ad n. 434 (p. 94). Bruce lap. n. 686, qui cum amicis examinavit nuper atque ectypum misit, in quo sibi visus est legere

REGINA

VOTVN

MRIIOVI

Atque de Regina dea cogitari posse non negaverim.

Ad n. 435 (p. 94). Bruce lap. n. 672.

Ad n. 437 (p. 94). Bruce lap. n. 676.

Ad n. 438 (p. 94). Bruce lap. n. 675. Videtur legendum

*Deo Mar(ti) C(ornelius) Aur(elianus) sus(cepto) vot(o).*

In arulae lateribus patera et urceus insculpta sunt.

Ad n. 439 (p. 94). Bruce lap. n. 677. In lateribus patera et urceus.

1344c (inserenda post n. 439, p. 94).

Arula (alta ped. 1, lata dig. 7) rep. in *Lanchester*, servata Dunelmi apud Guilelmum Greenwell.

DEOM

C.P.S.I

Bruce lap. n. 673. Cf. huius syllogae titulum Borcoviciensem n. 650 plane similem.